



Universitätsbibliothek Paderborn

Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

8. Ludouicus Pius Imp. dat Maricolensi monasterio, in Hannonia sito, villam
Saßsigniacam, an. 821.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10903

C A P V T V I I I .

*Ludouicus Pius Imp. dat Maricolenſi monaſterio, in Han-
nonia ſito, villam Saſſigniacam, an. 821.*

Rege Regum ac Domino dominantium diſponente, & ordi-
nante ac auxiliante, LUDOVICVS Rex Francorum omnibus
ianetæ Dei Ecclesiæ ſuique regni fidelibus.

Notum fore volumus instantis æui & futuri Deo nobisque deuo-
tis fidelibus, noſtræ Celfiudinis expertiſſe preſentiam nobis cariſ-
ſimum Comitem ARNULPHVM, ac ſubieciſſe, quomodo noſtra pie-
tate concederemus S. Humberto confeſſori aliquam villam, famu-
lis prædicti Sancti congruam.

Præfati igitur nobis dilectiſſimi Comitis Arnulphi pio & vtili
hortatu compulsi, magis magiſque animo commoti, agnoſcentes
profuturum nobis eſſe ac regno, ſi de rebus noſtriſ loca Sanctorum
honoraremuſ,

Idcirco tradimus ad monaſterium, quod dicitur MARICOLAS,
quod eſt conſtructum in ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quoque Apo-
ſtolorum Petri & Pauli nomine atque honore, vbi etiam iam diectus
dominus confeſſor Humbertus quiescit corpore, in pago Hainoenſi
ſuper fluuiο Sambra, villulam nomine Saſſignacas, mansos XXII,
habentem, cum ecclesia, aedificijs, culturis, pratis, filiis ac manci-
pijs, & omnibus ibi adſpicientibus, ſub testimonio fidelium noſtro-
rum, loco ſupradicto transfirmamus, atque perpetualiter habenda
regali auctoritate concedimus.

Ne ergo noſtri aliquis ſucessor, alicuius maliuoli ſuſurratione
corruptus..... quia, ut scriptum eſt, Corruſpunt colloquia mala
mores bonos, iuſſimus noſtræ benignitatis dignum opus litteris
mandari: ne quis tyrannus vel..... prædicti cœnobij inquam au-
deat auferre fratribus illic ſeruientibus res ſcilicet prælibatas, ſed in
eorum potestate perpetuò & ſeruitio, abſque ullius murmurę.....

Et ut hæc noſtræ largitionis charta maiorem ac firmiorem per
diuturna tempora obtineat ſtabilitatem, nomine eam proprio de-
creuimus firmari, & decretum regale annulo noſtræ auctoritatis
ſigillari.

Actum

A&um Aquisgrani, palatio regali, anno V. Imperij Ludouici 821.
piissimi Augusti, Indictione XIII. Kalendis Maij.

N O T A T I O N E S .

Iac. Guisius in mss. Hannoniæ Annalibus lib. 14. cap. 23. diploma istud recitat.

S. H Y M B E R T U S , in peregrinatione Romana & prædicatione Euangelica fuit socius S. Amandi Tungrensis Episcopi ; & quiescit in Maricolenſi cœnobio , à ſe fundato : vt cap. 10. Cod. & in Fastis Belg. explicui.

MARICOLAS) vulgo *Maroilles*, in Hannonia.

HAINOENSIS vel Haginoensis pagus ,) vulgari lingua *Le pays de Hainau*, Latinè Comitatus Hannoniæ, nomen accepit ab Haina vel Haginoa fluuiο , qui prouinciam interſecat , & illius metropolim, Montes Hannoniæ nuncupatam, perluit.

S A M B R A fluuius, Iul. Cæſari Sabis, *Sambre*, Moſæ miscetur Namurci.

C A P V T I X .

Ludouicus Pius Cæſar, petente Iuditha coniuge ſua, Ifernam & Thorenselam, villas monaſterij Rotnacensis, an. 831. concedit Hildefrido viro nobili.

IN nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. LOVDVICVS, diuina ordinante clementia . . . omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, præsentibus ſcilicet & futuris, notum eſſe volumus;

Quia dilecta coniunx noſtra IUDITHA ſuggeſſerit Serenitati noſtræ, pro quodam homine ſuo, nomine HILDEFRIDO, vt ei per noſtræ auctoritatis conſcriptionem . . . illud quod pater ſuus noſme Luitfredus, ex rebus monaſterij, quod dicitur RODENACVM, per conſeſſionem & mansuetudinis largitionem diu habuit,

Id eſt, villam quæ dicitur Iferna, cum molendinis duobus, & aliam villam quæ dicitur Thorensel, cum territorijs & ſluis, aquarum